

Adolf Gideon Bartholdi


**Gloriosam Serenissimæ Gentis Meclenburgicæ cum in exhibenda Augustana
Confessione : tum in reddenda suis terris Puriore Doctrina occupationem pia
recordatione venerandam sistit ... Augustanæ Confessionis destinatos, in
Auditorio Scholastico ad d. 26. Jun. An. 1730. ... invitans**

Neo-Brandenburgi: Literis Dobberthinianis, [1730]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1014555426>

Druck Freier  Zugang





Regional-
bibliothek
Neubrandenburg

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1014555426/phys_0001

DFG

Nr. 65

Physik
NB

KB NB 108.1-47

Verzeichnis der Auctorum und Seiten in d. B.

Anonymi Brief von Toppio	759.
von dem Fundament der Erbsung	399
von den Hornissen Gänzlich	923.
Valt Burgren	891. 901.
Corfica	895
- Joh. Pericus Socinians	859.
Vollständigung Spencers	883.
Bartholdi programmata	869
Bröstedt f. d. f. d. ps. 65. 14	363.
Crüger de peccato in sp. S.	771.
Decovii f. d. f. d. Math 21.	457
Engelck de preadamitismo	801.
Jans Cantata von d. Bibel	879.
Gerhard Ephraim de conjunctione Phil.	851.
Grap von den Dillägen im Grab	791
Greiffswaldisch Kirchenordnung	475
- - - - - unter Rusmeyer	589
- - - - - unter Cassa	665.
Senck oratorium von J. K. f. d. f. d.	952

Kaysers Oratorium von König David	931.
Leberecht 613. Jakob und Ursula v. Fürden	974
Macke vom Lutherischen Jubel fest	521
Mattheson oratorium 3 p. Trinit	940.
Maius von der allgemeinen Gottesgelassheit	827
Neumeister wider die Union mit den Reformirt	547
Nibbe oratorium passionale	960.
Paschii Acta Remotionis	685.
Pertsch De Crimine Simonie	— 1
Pest in Marseille	— 309
Presvovii Wortschlag zum neuen Bibellisten	513.
Rambach Einzug. 2 Cor 4. 16.	405.
— Es. 28 29.	429
Reinbeck Inuestiturfr Luc 2. 15.	392
Reinhold Conversi/ Mittel zur Botschaft v. Juch	911.
Stalkopf Babyr. Ps. 17. 7.	379
Stricker theses theologica	863.
Telemann oratorium von Jephthah	944
— — von Sauls fall	948.

30
869

Gloriosam
SERENISSIMÆ GENTIS
MECLENBURGICÆ

cum in exhibenda

AUGUSTANA
CONFESSIONE,

tum in reddenda suis terris

Puriore Doctrina

occupationem

pia recordatione venerandam sistit

Augustanæ Confessionis ad hunc s. l. imaginari seculari destinatos,

in Auditorio Scholastico

ad d. 26. Jun. An. 1730.

haud gravatim audiendos, Fautores Religionis & litterarum
quam humanissime
invitans

ADOLPH GIDEON BARTHOLDI,

Schol. Rect.

Neo-Brandenburgi, Literis Dobberthinianis.





CONFESSIONE

SI, quanto luculentius divinæ potentæ juxta & gratiæ opera in oculos incurrunt, tanto magis perecellere nos solent, inque sui rapere admirationem: hoc devotius præpotentissimi Numinis in restituendis suæ Ecclesiæ purioribus factis conspicuam manum venerabimur, quo aptius illa ante hæc duo sæcula se exeruit operotata. Quod insigne DEI beneficium æcum anime reputans quotus erit quisque, quin ora in laudes cœlestis resolvat Doctoris, pontificemque Confessionis nostræ, IESUM Christum, ore & corde, ringente licet mundo, profitendum intrepide ducat? Atque in illud quidem pietatis genus patria nostra dulcissima tanto impensius hodie merito incumbit, quo felicius, non heri demum aut nudius tertius, sed ab ipsis pæne emendatæ Ecclesiæ incunabulis, in hanc Evangelicæ veritatis lucem, vindicata tenebris, quibus obfuscata erat, densissimis, felici sidere emerfit. Quam felicitatem ut potissimum miseranti se divinæ gratiæ grata mente acceptam refert: ita Serenissimorum Principum, DEO manus operamque suam commodantium meritis, nulla oblivione sepeliendis, habet, quod tribuat. Hi enim Patres patriæ tantum abest, ut vias veritati obstruxerint illucescenti, ut potius perrumpere conantem primum in urbibus, denique

870
que omnibus in provinciis, quanto potuerunt maximo studio adfuerint. Cœperat iam Anno 1516. apud Rostochienſes lux quædam obſcurior emicare per ſacerdotem quendam *Nicolaum Ruſſium*; ſed hoc paullo poſt Wiſmariam expulſo, ſuffocanda, donec per M. *Joachimum Sluterum* An. 1523. refocillaretur. Inter hæc Megalander Lutherus feliciora habuerat auſpicia. Commodum imperabant tum temporis terris Meclenburgicis Principes fratres, Dux HENRICUS, Pacificus ſive Pater patriæ & ALBERTUS formoſus, ille Guſtroviæ ſedem habens, hic Sverini. Quorum ille omnem doctrinam ſalutarem ſtatim probavit, hic cenſuram eccleſiaſticam Clericorum moribus intentatam, non repudiavit. Uterque certe, teſtibus Lutheri ad Spalatinum literis An. 1524. Evangeliſtas petiit. Eodem anno ALBERTUS ex Marchia *Henricum Mollenſem* ſecum adduxit, quem Wiſmaria in ædibus S. Georgii, de ſuggeſtu ſæpiſſime in ſacrificulos invecſtum non ſolum patienter audivit, ſed alios etiam duos *Henricum Neverum & Clementem Timmium*, idem inſtitutum prementes ſuo textit umbone. Quibus denique ibidem, vocante HENRICO, acceſſerunt *Georgius Bierenfeld* Nobilis Marchicus anno 1527. ædibus D. Nicolai & anno 1528. Paulus *Meclenburg*, ædibus Marianis concionatores dati. Circa idem tempus Parchimi *Georgius Lonnius* in ædibus S. Georgii palæopolitanos Evangelium docere ab HENRICO juſſus eſt, Papiolis ædibus Marianis in nova urbe acquieſcere ab ALBERTO juſſis, donec anno 1536. *Johannes Riebelingius* Superintendens Parchimenſibus datus eſt, quo factum, ut Monachi, cum porcello Antonii mendicare ſoliti, paulatim in contemptum venirent. Indictis Anno 1530. Comitibus Auguſtanis Sereniſſimi noſtri Principes, HENRICUS una cum Filio MAGNO & ALBERTUS non ſine animo in doctrinam Auguſtanæ Confeſſionis propenſo interſuerunt. Quanquam enim non ſubſcripſerunt nomina Confeſſioni; non tamen doctrinam, HENRICUS certe & Filius, repudiaverunt. Atque hic Principis MAGNI primum gloria eſt nobiſcommemoranda. Natus ille erat Stargardiæ Anno 1509. teſte Chemnitio unde Hedericus, qui annum habet 1516. in Chron. Sverin. & Hubnerus ſunt corrigendi. Uſus magiſtris Conrado Pegelio & Arnolſo Burenio tantum in optimis artibus, præcipue in ſtudio Latinæ & Græcæ linguæ profeſcit, ut dicendo citra anxiam præmeditationem, ante plures alios valeret. Qui cum

id



id temporis in aula Electoris Saxoniz Johannis, ejus conjux Sophia MAGNI erat amita, versaretur, una cum Electore Augustam profectus est. Insignis in Principe nostro, tum unum supra viginti annos nato presentia animi, mira ingenii alacritas, expromtaque oris facundia omnibus fuit in frequentissimo illo Imperii confluxu admirationi. Inprimis oris & ingenii commendatione magnum se probavit, cum in Comitibus Augustanis coram Cæsare Carolo V, at quanto Imperatore? & Rege Ferdinando cæterisque Imperii Principibus oratorem egit Protestantium. Tanta enim felicitate tamque intrepide verba memoriter Latino pariter & germanico sermone fecit, ut Cæsar non admiraretur modo, sed et eadem postea repetenda cuperet. De quo audire præstat Chemnitium in Epitome Genealogico. Hist. MAGNUS IV, der Beredte genandt, hat in den Sprachen so wohl zugenommen, daß man von Fürsten damals seines gleichen nicht gehabt, auch viele Orationes in Versammlung gehalten Anno 1530. auf dem grossen von Carolo V Rom. Kayser gen Augsburg ausgeschriebenen Reichstag, da er von wegen aller Potestirenden Fürsten und Ständen in Gegenwart der Röm. Kayserl. Majest. und aller Churfürsten und Ständen des S. R. Reichs beyde in Teutscher und Lateinischer Sprache eine Oration mit grosser Verwunderung memoriter gehalten, dergestalt, daß der Kayser ein roht Sammet-Küssen, worauf er nieder knien solte, darreichen lassen und die Orationes von ihm zu repetiren begehret. Tertio post anno cum Nuncius apostolicus Pontificis Hugo Rangon, Episcopus Regiensis & Lambertus a Briaerde, orator Cæsareus & Præses supremi consilii Mechliniensis Vinariam anno 1533 d. 2 Jun. ad Electorem Johann. Friedericum legarentur, ut de concilio congregando spem facerent atque hi oratione excipiendi essent, has sibi delegatas partes noster Princeps Magnus Latina oratione optime implevit, id quod testatur Seckendorff Hist. Luth. & Chytræus Chron. Sax. qui tamen mensum habet Julium. HENRICUM Patrem in comitiis August. doctrinz Evangelicæ patrocinium suscepisse, literæ Spalatini testantur, ad quas provocat Saubertus de mir. A. C. ubi ita habet: wo die Bischöffe einen Fürsten erfahren, den sie Lutherisch verdentzen und halten, den ziehen sie nicht zu ihren Anschlägen



871
schlägen : darum haben sie iht etliche mahl, wenn sie vom Evangelio
gehandelt haben, Herzog Hinrich von Mecklenburg meines gnädigen
Herren, des Churfürsten zu Sachsen Schwager ausgeschloffen. Herzog
Albertus aber ist in grossen Ansehen und einer der 6. Deputirten
auf dem Reichstage gewesen, cum scilicet ante traditam Confessionem
de omittendis concionibus cum Protestantibus ageretur. Idem vero
Albertus cum de exhibita Confessione deliberaretur, cum pluribus aliis
delectus fuit. Ex Comitibus cum Ducibus HENRICUS & MAGNUS re-
duces facti essent, nihil omiserunt, quod ad amplificationem purioris doctri-
nae in suis terris pertinere videretur, quanquam ab ALBERTO, Regi Fer-
dinando gratificaturo, in cujus aula plerumque se tenebat, non nihil remo-
rae objiceretur, ut tardiuscule consilia procederent, donec Anno 1535, in-
ter Ducibus regentes ita conveniret, ut utriusque partis Clerus, quoad fieri
posset, mutuo conciliaretur. HENRICUS interim ea prudentia & mo-
deratione utebatur, ut per visitationes Ecclesiasticas ad emendationem ad-
mitteretur, convincendo rudiores, & donec ad sanioerem mentem revocarentur,
multa initio indulgenter ferendo. Anno 1533. Suerini Papatum extir-
pavit, nisi quod ob fidem Capitulo de privilegiis & sacris non turbandis,
a Patre nomine filii MAGNI, Episcopi, datam templum Cathedrale
Papicolis esset relinquendum, quod demum JOHANNES ALBERTUS
Lutheranis sacris initiavit An. 1552. idolo Papifico, particula sanguinis Christi,
igne combusto, ubi Chytræus ex mandato Principis Latinam de Serpente ab
Ezechia, Judæorum Rege, destructo, orationem recitavit. Quare ante portam
in ædicula S. Georgii Martinus quidam jussus est Evangelium publicare, post
etiam monasterium Franciscanorum Luth. sacris dicatum, quibus post Marti-
num Egidius Faber, cujus extat scriptum de putativo sancto sanguine cum præf.
Lutheri, vacavit. Post paullo etiam ad Gustavovienses Evangelium delatum,
multo cum applausu Johanne -- & Joachimo Crusio in templo Parochiali do-
centibus. Anno 1538 in conventu Parchimensi magnopere laboravit MAGNUS
ut non Episcopatus tantum expurgaretur sed per omnes etiam provincias
Evangelium promulgaretur, id quod ad h. An. notat Seckendorff; ob-
stitisse tamen & hic Albertum, ipse Episcopus datis ad Electorem Sax.
litteris, in quibus consilium ejus rei requirit, refert. A morte AL-
BERTI 1,47. Dux HENRICUS & Alberti Filius JOHANNES ALBER-
TUS



TUS nihil prius aut antiquius habuerunt, quam ut cursui Evangelii viam munirent. Evocatus est Gultroviam *Gerardus Oemichius* vir natus factusque ad restaurationem collapsorum. Deinde 1550 Sternbergæ conventus indictus est Provincialis, in quo communicatis cum ordinibus consiliis de repudiando per totam terram Meclenb. Papatu est actum. Atque ex eo tempore per agros etiam manavit limpida fons veritatis. Nec multo ante ad nos Neo-Brandenburgens. plene pervenisse putarim, cum ille noster Evangelista *Erasmus Alberus*, quod ex *Schützi* vita Chytræi, disco, obierit an. 1553 postquam Neobrand. paucas tantum septimanas docuisset. Obierat etiam an. 1552. Dux HENRICUS dignus, qui ad immortalitatem consecratur. JOHANNES ALBERTUS vero cœptam pertextuit telam, duo maxime salutaria aggressus, primum, quod certam formam doctrinæ, rituum et totius gubernationis Eccles. scribendam Anno 1552. a Philippo Melanchthone curaret in cujus præfat. præcipitur, *das die einige, ewige, wahrhafte Lehr des Evangelii rein geprediget werde, die in der heiligen Schrift verfasst ist, mit welcher gleich stimmen, Lutheri Catechismus und die Confession die der Kayserl. Mayt. im Reichstag zu Augsb. Anno 1530. überantwortet ist.* Quæ ordinatio Eccles. deinceps ab utroque Principe Johanne Alberto & Ulrico an. 1557. iterum est promulgata. Tertia vero editio jussu ULRICI a Chytræo, Bacmeistero Frederico, Lobechio, Wigando auctior prodiit anno 1602. Alterum erat quod illustrari Ecclesias juberet per *Johannem Aurisabrum* Prof. Rostoch. una cum *Chytræo*, Witteberga nuper evocatum, *Johannem Riebelingium* Superint. Parchim. & *Simonem Leopoldum*, Secretarium. Quod ut an. 1552. acciderat; ita utriusque Ducis jussu Ecclesiæ & cœnobio anno 1557. visitata sunt per *Gerardum Oemichium*, *Tilemann. Heshusum*, *Georgium Venetum*, *Georgium Rycke*. & *Politicos viros Christoph Linstow*, *Christoph Hane*, & *Simon Leopold.* Has breves de cursu Evangelii in terris Meclenb. lines in præsentem ducere licuit. Uberrimam in Majores nostros divinam extitisse gratiam, meritaque Serenissimorum Ducum profus in hac re illustrata fuisse, opinor, hinc aliquantulum patere. Restat, ut summo Numini devote supplicemus, velit Serenissimam Gentem Ducalem cujus sub felicissimo regimine hoc tempus agere festum licet, in veritate Evangelica perpetim conservare, omnisque generis felicitate augere amplissime

Pi-



872
Pietatem nostram ut Vos quoque, Fautores utriusque fori et chori, gratam habeatis & splendore vestrae frequentiae hac ornare solemnia ut ne aspernemini, est, quod majorem in modum a Vobis contendo. Est vero hic actus ita adornatus ut Decadem thesium ventilandam primo proponam.

- I. Confessiones fidei Ecclesiae utiles sunt & necessariae.
- II. Non est cujusvis privati Confessiones condere.
- III. Nemini invito confessio debet obtrudi.
- IV. Si quis fidem confessioni obligat, conscientiae vim facit nullam.
- V. Nec jurata obligatio ad confess. est contra conscientiam.
- VI. Illa obligatio non debet in Libris Symbol. esse conditionata, quatenus sed absoluta, quia consentiunt cum Scriptura.
- VII. Si cum Loescherio distinguere licet inter vocem Ecclesiae & Doctoris in Libr. Symb. sonantem, non est aequalis ad omnia obligatio.
- VIII. Neque tamen temere fides Libr. Symbol. est sollicitanda.
- IX. Si recte intelligatur, Libri Symbol. divini & Θεόπνευστοι possunt appellari.
- X. Norma fidei primaria manet Scriptura S.

Quas theses sub examen vocabunt

Resp. Christ. Matth. Fischer, Gryphisw. Pom.

Oppon. { Theophil. Friedl. Mahlow, Brughag.-Uckero-March.
Adolph Fried. Andreae, Strelic. Mecl.

Hi sicuti disputando; ita qui sequuntur, dicendo partes explebunt impositas.

Ern. Gust. Wulfleff. Neo-Brand. Mecl. de Victoria veritatis divinae.

Joach. Christ. Rhode, Anclam. Pom. de Jure Principis circa Symbola.

Christ. Aug. Fried. Schultz Strelic. Megapol. De facundia MAGNI Principis Meclenb. in exhibitione A. C. illustri.

Joh. Bernhard. Schultz Anclam. Pom. de eo, quantum Reformatio Lutheri Statui Politico profuerit.


Joh. Philipp Andreae Anclam: Pom. de doctrinae fidei necessaria restitutione,


Otto

Otto Chr. Müller Krepz. Pom. de apparatus exhibitione A. C.
 Georg. Crüger Neo-Brand. Mecl. de eadem facta.
 Joh. Fried. Clinge Neo-Brand. Mecl. de iis, quæ consecuta sunt.
 Gideon Rudolph Nehmbtzo Rostoch. Megapol. de providentiæ divinæ
 circa A. C. documentis.
 Werner Henning Pauli, Bresen, Megapol. de beneficio Numinis in A. C.
 præstito rite agnoscendo.
 Jac. Mercker. Woldega Megapol. de officio Christiani in confess. fidei.
 Fried. Nicol. Breddin Varch. Megapol. Jubilæi dignam celebrationem com-
 mendabit
 Samuel Christ. Kunowsky Blindov. March. præstantiam religionis
 Luth. laudabit.
 Georg. Sigismund. Kunowsky Blindov. March. Propagationem felici-
 cem ejusdem mirandam sistet.









Chr. Müller Krepz. Pom. de apparata exhibitione A. C.
 Crüger Neo-Brand. Mecl. de eadem facta.
 d. Clinge Neo-Brand. Mecl. de iis, quæ consecuta sunt.
 Ludolph Nehmbtzo Rostoch. Megapol. de providentiæ divinæ
 circa A. C. documentis.
 g Pauli, Bresen, Megapol. de beneficio Numinis in A. C.
 præfrito rite agnoscendo.
 Jac. Goldega Megapol. de officio Christiani in confess. fidei.
 Frie Varch. Megapol. Jubilæi dignam celebrationem com-
 mendabit
 Samuel ky Blindov, March. præstantiam religionis
 Luth. laudabit.
 Georg. Sigis Blindov. March. Propagationem felig
 ejusdem mirandam fistet.

